

*Theses Medicæ:*

DE VARIOLIS ET  
MORBILLIS.

*De quibus, iuvante DEO:*

P R A E S I D E

ANDREA SCHATONE  
MEDICINAE DOCTORE, ET  
Professore, disputabunt,

*Testimonium profectus sui, in arte  
Medica accepturi:*

- M. HIERONYMVS NYMMANVS,  
Torgensis.  
BARTOLEMAEVS HIEROVIVS,  
Thorunensis, Borussus.  
M. CASPARVS KELHEYMER, Torgensis.  
GEORGIUS HERBERTVS,  
Rigensis, Liuonius.

*Die Septembris XXVII. manè hora VII. loco consueto.*

VVITEBERGÆ,  
Typis Zachariæ Lehmanni,  
ANNO M. D. XCIII.

58125 7910 TH

DE VARIOLIS ET MORBILLIS

De quibus, in nomine DEI 95-E-V-81

PARIS

ANDREA SCHEATON  
MEDICINAE DOCTOR, ET  
Lectore dignatus

T. Medicinæ professor, in curia  
Lecturæ acceptus

181022  
811/40

BARTOLOMÆVS HERBERTVS  
Thronicus, Bonillus  
M. CASPARVS KELLHEIMER, Torgensis  
GEORGIVS HERBERTVS  
Regii Librarius

Imprimis in curia, in nomine DEI

VVITTEBERGÆ

Typis Zachariæ Lehmanni

ANNO M. D. XCIII.

10 955 5841

# DE VARIOLIS ET MORBILLIS.

M. HIERONYMVS NYMANVS.

I.



*R*aditur ab Arabibus, genus quoddam morborum, quod vulgata variolarum & morbillorum appellatione, hodie passim notum est.

II.

*Græci τὸν ἰξαιθημάτων καὶ ἐκδυμάτων: Latini, pustularum nomine comprehendisse videntur. Nam τὸ ἰξαιθημάτων vocabulum, commodè huc referri posse, non putamus.*

III.

*Vt enim sint nonnulla, in quibus exanthemata Hippocratis, Galeni, Aëtii, & pustula Celsi, à nostris variolis ac morbillis differant: tamen multa, quæ tum ad naturam horum, tum ad curationem spectant, communia habent: sicuti & lenticula, aut Petechia vulgò nominata, quæ germina sunt malignarum februm.*

IV.

*Neq; dubium est, quin ejusdem generis morbi,*

*A ij alijs*

alijs atq; alijs seculis, mutationes quasdam acci-  
pant, ex diversitate regionum victus, ex peculiari  
vi siderum, ex vario hominum commercio, & caus-  
sis alijs externis, atq; internis: ut novi esse videan-  
tur, qui sunt veteres, ex plurium quasi colluvie ge-  
niti, aut symptomatum nova facie induti.

V.  
Variola autem, quasi parvi vari dicta, pustulae  
sunt, in cute toto corpore, & in partibus nonnun-  
quam internis, erumpentes, ex ebullitione sanguinis,  
uteri materni labe infecti, à natura, in modum cri-  
sis cujusdam facta, cum febre continua, eo fine, ut  
quod primum est in sanguine, à benigno separetur.

VI.  
Arabes hanc ebullitionem sive agitationem  
sanguinis, cum fervore musti comparant. Ut enim  
commixtas in hoc partes diversas, calor naturalis  
ab externo adjutus, aggreditur, easq; tum à se mu-  
tuò, tum à puriore vini liquore separat: ita natura,  
à causa vel interna vel externa stimulata, in mas-  
sam sanguinis incumbit, ac sordes ab ea excludit.  
Id quod sine magna humorum conturbatione, fieri  
nequit.

VII.  
Est illa agitatio, crisis quaedam, in qua facultas  
expul-

expultrix, calore tanquam instrumento usâ, quod prævum aut malignum est in massa sanguinis, à partibus internis, per venas primùm majores, post minores, ac demùm minimas, quæ ob exilitatem, capillarium nomen acceperunt, ad cutem, & quæ cum hac coherent, aut ei ἀνάλογα sunt, paulatim secernit.

VIII.

Febris, quæ variolas antecedit & comitatur, conclusa, sive conclusæ caliditatis, ab Arabibus vocatur. Grecis οὐροξ est, quæ ex sanguine, in vasis ipsis effervescente, cum vel sine putredine, orta, unam accessionem, durantem ab initio ad finem, in plures dies porrigit.

IX.

Sunt igitur variolæ, morbus in soluta unitate, complicatus cum alijs vitijs, & cum intemperie imprimis, sæpè & maligna aut pestilente.

X.

Locus affectus, cutis est, cum annexis sibi partibus: sæpè & membrana, ac partes aliæ internæ. Ita ut in quibusdam ab interitu dissectis, deprehensum fuerit, eorum viscera, haud secus atq; cutem, sordidis ejusmodi pustulis plurimis, occupata & sædata fuisse.

XI.

Causa Variolarum interna, propinqua, est

A iij immun-

immundities, à primo ortu in sanguine relictæ, ex  
pravitate sanguinis materni, quo fœtus in utero ale-  
batur: sive sanguis ille, fœtum substantia sua infe-  
cerit, sive qualitate.

XII.

Quamquam enim fœtus, dum in utero degit,  
quod optimum est, in matris sanguine attrahit: ta-  
men simul haurit aliquid impuri, mensibus præser-  
tim posterioribus, quod tanquam seminarium pra-  
vum, in corpore retinetur.

XIII.

Impurum id, crudior portio est, sanguinis ma-  
terni: cum femina frigidior mare, alimentum to-  
tum, ita perfectè non concoquat. Miscentur postea  
cum hoc, in corpore mulieris cacochymo, vitiosi hu-  
mores alii, quorum pars magna, ad venas uteri,  
tanquam ad communem sentinam, derivatur:  
ubi diutius retentum totum illud, majorem pravi-  
tatem acquirit.

XIV.

Relicta illa labes prima, tum in toto corpore, tum  
in cute hæret. Partes enim interiores, quod optimum  
est in sanguine præripiunt: cætera, quod minus bonum  
est, trahant: extrema, quod relictum est ab omnibus.  
Actandiu ibidem delitescit labes ista, donec quacumque  
de causa

de causa impulsâ, vim suam tanquam fermentum,  
in universam sanguinis massam diffundat.

XV.

Ita sanguis aliquando effervesceat ac ebullit, ut  
quod ex peculiari illo inquinamento, minimis veluti  
particulis, ei permixtum est, hac ratione secernatur:  
cum leviori alia segregatione, natura id prestare  
haud queat.

XVI.

Sanguinis autem mentione, intelligimus etiam,  
quod Hippocrates αἷμα ἰχθυοειδές, vel ἰχθυώδες simplici-  
ter, in Epidemijs appellat: quod ad ebullitionem, qua  
pustula ejusmodi generentur, maximè est accommo-  
datum.

XVII.

In internis quoque numeratur, sanguis per se im-  
mundus & corruptus, qui ex lacte nutricis pravo,  
aut ex crudis & seculentis cibis genitus, ac longo tem-  
pore in corpore cumulat, reliquo sanguini, tan-  
quam fermentum fit, quo aliquando ebulliat.

XVIII.

Causa efficiens, est virtus in corpore valida:  
qua onere molesta materia pressa, calore naturali ex-  
uscitato, sanguinem agitat, ut ebulliat. Quo in ser-  
vore, partes impurae, à puris secreta. & à calore alie-  
no occupata, è corpore tandem excluduntur.

Interna

## XIX.

*Interna causa remota, est temperies corporis calida & humida, sive ea naturalis sit, sive ascititia: habitus totius, tener ac mollis: aetas puerilis imprimis ac juvenilis, rarius senilis*

## XX.

*Externa causa, promoventes ortum Variolarum, sunt: cibi omnes, fervidum, serosum, & prurum sanguinem gignentes, ut calidi, pingues, dulces, cacochymi, & insueti omnes. Aer, sanguinem exagitant, sive manifesta id qualitate faciat; sive occulta & maligna, è sublimi, aut ex inferioribus suscitata. Temporum anni mutationes insolita, praesertim Veris & Autumnii, quando Austrina constitutio in ijs dominatur. Regio calida & humida. Immoderatum tum otium, tum corporis exercitatio. Intermissa sanguinis evacuatio: crebra balnea: & quaecumq; calorem internum accendere, humoresq; in fervorem attollere possunt.*

## XXI.

*Pertinet huc etiam contagio, qua Variola saepe numero, ut morbi alij contagiosi, propagantur. Nam et in his videtur quaedam diutioris, minutissimis sensumq; effugientibus corpusculis, tanquam seminarium malignitatis, è corpore affecto diffusa, à variis alteri*

commu-



...propter differentiam loci corporis affecto. Tunc  
...dicitur sunt quae carnis decemur: alia inter-  
...ad hunc modum, quae in oculorum palpe-  
...in oculis, quae in palato  
...quae in...  
...quae in...  
...quae in...

XXV

...dicitur sunt quae carnis decemur: alia inter-  
...ad hunc modum, quae in oculorum palpe-  
...in oculis, quae in palato  
...quae in...  
...quae in...  
...quae in...

BARTOLEMAVS HERO-

vius, Borullus

XXVI

...dicitur sunt quae carnis decemur: alia inter-  
...ad hunc modum, quae in oculorum palpe-  
...in oculis, quae in palato  
...quae in...  
...quae in...  
...quae in...

XXVII

...dicitur sunt quae carnis decemur: alia inter-  
...ad hunc modum, quae in oculorum palpe-  
...in oculis, quae in palato  
...quae in...  
...quae in...  
...quae in...

## XXIV.

Postea differunt loco corporis affecto. Nam alia externa sunt, qua cutem occupant: alia interna. Atque haec vel evidentes, qua in oculorum palpebris inversis, in naribus, & aperto ore in palato & faucibus, conspiciuntur: vel occulta, qua tracheam, pulmones, jecur, lienem, intestina, aliasque internas partes obsident.

## XXV.

Denique situ differunt. Nam alia contigua sunt, qua plures sine medio coherent: alia disjuncta, qua intervallo quodam separantur. Nonnunquam & duplices apparent, ubi in centro quasi majoris unius, Variola altera minor reperitur.

BARTOLEMÆVS HIERO-  
vius, Boruffus.

## XXVI.

Signa Variolarum, alia illas ipsas denotant: alia materiam qua gignuntur: alia partem, precipue ab iisdem affectam.

## XXVII.

Quae ipsas Variolas significat, & pleraque sunt illarum symptomata, secundum tempora ejus morbi discernuntur: ita, ut alia sint imminentium, quo  
tempore

tempore sanguinis in venis ebullitio incipit: alia presentium, quando pustula jam foras eruperunt: quaquam nonnulla ex his, utriq; etiam tempori sunt communia.

XXVIII.

Uniuersa illa sumuntur, vel ab actionibus laesis: vel ab excrementis mutatis: vel ab affectibus prater naturam, cum hoc morbo conjunctis.

XXIX.

Ab actionibus laesis, signa sunt: temporum & frontis pulsatio, cum dolore capitis, oculorum, gutturis, ex ascendentibus è sanguine ebulliente vaporibus, aut partibus eius tenuioribus: dorsi dolor, & pulsatio in spina, ob tensam ibidem, à copia ferventis sanguinis, venam cavam, partesq; vicinas: narium pruritus, ob fuligines acres, hac transeuntes: gravitas communis, & sensus punctiois in toto corpore, praesertim sub cute, ex copia etiam & fervore sanguinis, ad partes sentientes transmissi: subitus terror in somno, ex vaporibus crassis & turbidis, ad caput elevatis: delirium nonnunquam ex praecordiorum, aut corporis totius calida expiratione spiritus turbante: paroxysmi similes Epilepticis, ab agitato per fervorem, pravo humore, aut vapore, aut maligna etiam qualitate. Difficultas spirationis, ob copiam

B ij fervida.

tempore sanguinis in ventu chylis incipit : alia  
presertim, quando distula sunt foras exierunt :  
quodammodo nonnulli ex his, nisi citius temperant sunt  
communi.

XVIII.

Quia si illa sunt, vel ab actione, vel ab affectione  
sunt vel ab extrinsecis quibus : vel ab affectibus  
graver, necesse est, quod hoc modo conjungitur.

XIX.

Ab actibus, quibus sunt : temporum  
sunt passio, cum dolor capitis, oculorum, gur-  
tis, et ex accidentibus : sanguinis, chylis, et apori-  
bus, aut partibus eius transcoribus : doloribus, et  
distilio in fovea, et in capite, et in capite, et in  
in sanguine, et in capite, et in capite, et in  
vires primum, et sanguinis, et hoc transcoribus :  
graver, necesse est, quod hoc modo conjungitur, et  
sunt, presertim, sed cum, et copia etiam, et ferore  
sanguinis, et partibus, et in sanguine, et in  
error in fovea, et in capite, et in capite, et in  
capite, et in capite, et in capite, et in capite, et  
corporis, et in capite, et in capite, et in capite, et  
quodammodo, et in capite, et in capite, et in capite, et  
coram, et in capite, et in capite, et in capite, et  
et in capite, et in capite, et in capite, et in capite.

la. in cute apparet, veluti capiti acinum sui grana  
vili: immixto V. m. i. o. l. a. s. p. r. o. m. o. u. e. r. e. p. o. s. s. u. n. t.  
p. r. e. s. e. n. t. i. s. s. e. p. o. p. u. l. a. r. i. t. e. r. i. d. g. e. n. t. i. s. v. a. l. d. e. t. o. n. g. r. a. s. s. e.  
t. u. e. e. s. t. p. u. r. i. t. a. t. e. p. u. i. s. e. l. i. c. i. t. a. t. e. e. s. t. t. u. m. a. l. i. o. v. i. o. l. a. s.  
a. f. f. e. c. t. o. i. n. c. o. n. v. e. r. s. a. t. i. o. n. e. s. i. n. d. i. c. i. a. e. x. t. e. r. n. a. p. a. r. t. e.  
s. e. n. t. i. s. p. r. e. s. e. n. t. i. s. d. e. n. t. i. s. c. u. m. p. u. n. t. u. m. d. i. e. m. i. n. a.  
i. n. i. s. t. e. a. n. g. u. l. i. s. e. i. n. p. a. s. s. i. l. i. s. c. o. n. s. e. r. v. a. n. t. s. e. b. r. i.  
c. e. l. e. r. i. s. s. i. n. p. r. o. p. r. i. e. t. a. t. i. b. u. s. p. a. l. a. t. i. s. i. n. t. e. l. e. n. t. i. b. u. s.  
p. u. r. a. s. i. n. t. e. l. e. n. t. i. b. u. s. s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s. e. s. t. i. n. t. e. s. t. i. n. t. e.  
c. u. m. e. g. r. i. t. u. d. e. s. o. l. u. t. i. o. n. e. s. a. l. i. q. u. i. b. u. s. p. l. e. n. t. i. s. s. e. n. t. i. s.  
d. i. s. t. i. l. l. a. t. i. o. n. e. s. e. x. t. e. r. n. a. t. i. b. u. s.

XXXXII

Signaculo, que dicitur prolium, tanquam  
V. m. i. o. l. a. s. p. r. o. m. o. u. e. r. e. p. o. s. s. u. n. t. e. s. t. i. n. t. e. s. t. i. n. t. e.  
d. i. t. i. o. n. e. d. e. p. r. o. m. o. u. e. r. e. A. s. i. n. g. u. l. a. s. e. u. m. o. l. a. t. i. n.  
p. e. s. t. u. m. i. n. g. u. l. i. s. e. u. m. p. u. n. t. u. m. e. s. t. d. o. l. o. r. e. s. a. i. s. i. n. a. n. t. i. s.  
h. o. r. a. b. i. l. e. c. u. m. s. t. r. e. n. u. i. t. e. r. i. t. a. t. e. e. s. t. a. c. c. i. d. i. t. u. m.  
s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s.  
s. a. n. c. t. i. d. i. s. t. i. l. l. a. t. i. o. n. e. s. a. l. i. q. u. i. b. u. s. p. l. e. n. t. i. s. s. e. n. t. i. s. e. s. t. i. n. t. e.  
e. g. r. i. t. u. d. e. s. i. n. p. a. s. s. i. l. i. s. c. o. n. s. e. r. v. a. n. t. s. e. b. r. i. s. e. s. t. i. n. t. e.  
d. i. s. t. i. l. l. a. t. i. o. n. e. s. e. x. t. e. r. n. a. t. i. b. u. s. p. l. e. n. t. i. s. s. e. n. t. i. s. e. s. t. i. n. t. e.  
s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s.  
s. a. n. c. t. i. d. i. s. t. i. l. l. a. t. i. o. n. e. s. a. l. i. q. u. i. b. u. s. p. l. e. n. t. i. s. s. e. n. t. i. s. e. s. t. i. n. t. e.  
e. g. r. i. t. u. d. e. s. i. n. p. a. s. s. i. l. i. s. c. o. n. s. e. r. v. a. n. t. s. e. b. r. i. s. e. s. t. i. n. t. e.  
d. i. s. t. i. l. l. a. t. i. o. n. e. s. e. x. t. e. r. n. a. t. i. b. u. s. p. l. e. n. t. i. s. s. e. n. t. i. s. e. s. t. i. n. t. e.  
s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s. e. n. s. i. v. i. s. i. b. i. l. i. t. e. r. e. s.

ta, in cute apparent, veluti capita acuum, aut grana milij: imminere Variolas pronunciare possumus, praesertim si populariter id genus mali tum grassetur, & puer sit, qui febricitat, & cum alio variolis affecto, sit conversatus, aliaq; causa externa praeserint. Praesentes demum, circa quartum diem, manifestè augentur, & in pustulas concrescunt, febris, ceterisq; symptomatibus paulatim mitescentibus, per quas sanie repletas, sensimq; exsiccatas, & discussas, egritudo solvitur, facilius plerunq; pueris, difficilius grandioribus.

XXXIII.

Signa verò, qua humorem produnt, tanquam Variolarum materiam, ex eiusdem natura & conditione depromuntur. A sanguine enim orta, rubescunt magis, cum pruritu & dolore satis manifesto: à bile, cum flavedine rubescunt, & acridinis sensum majorem exhibent: à pituita albescunt, ac sanie liquidiore abundant: à succo melancholico, nigrescunt, & cum siccitate magis sordescunt. Vnde de plurium quoq; humorum commixtione, pro ipsorum natura, iudicium fieri potest. Ab humoribus verò vehementius exustis, aliterve corruptis: violacea, virides, livida, aut nigra Variola existunt,  
pro

pro ut hac, aut illa materia superaverit; ejusq; pra-  
vitas major, aut minor fuerit.

XXXIV.

Qua deniq; signa, partes corporis à Variolis  
potissimum obsessas, indicant: ex actionum lesione  
colliguntur. Si enim febris admodum gravis sit, &  
molesta: & pectoris angustia magna adsit, cum of-  
fensa multum respiratione: & dolor ventris ac in-  
testinorum vehementer adfligat: & urina cruenta  
excernatur: Interna quoq; viscera pustulis huius  
generis ulcerata esse, constat. Si graviora haec sym-  
ptomata, vel pleraq;, vel omnia absint: indicio est,  
aut cutem potissimum, aut solam eam, & qua hu-  
ius rationem extrinsecus obtinent, occupari.

XXXV.

Quod ad prognostica attinet, sumta ab jis, qua  
Variolas antecedunt, eisq; à Populo praebeant, accidit  
hoc malum, corporibus potissimum calidis & hu-  
midis, sanguine abundantibus. Postea infanti-  
bus praecipue ac pueris, qui excrementa ab ute-  
ro, & ab àδδηφαιία, plura colligunt: minus adul-  
tioribus: rarissime senibus, nisi ex aëre corru-  
pto, aut ex causis alijs fortioribus; atq; tunc pestem  
porten-

pro in hoc, aut illa...  
XXIV.

Quod dicitur...  
XXV.

Quod ad prognostica attinet...  
XXVI.



*Deteriores: violacea, virides, livida vel plumbea, nigra, plures, aut pauciores, parva, aut magna: dura omnes, & verrucis similes, humorisq; expertes; depressa, propinqua vel contigua, aut duplices, praesertim, in quarum medio, nigra macula apparent: & quae tardius erumpunt, tardiusq; ad maturitatem perveniunt, non mitigatis manifesto symptomatibus: aut quae se subito iterum recondunt: & quae interna occupant, vel foris faciem tantum aut pectus. Haec enim pravitatem & inobedientiam materiae, calorisq; incendium magnum, & virium labefactionem, portendunt.*

## XXXIX.

*Pessima sunt, mortemq; minantur, in quibus ad virtutem per se debilem, prava accedunt symptomata: pectoris imprimis magna angustia, angina, crebra animi defectiones, sitis inexplebilis, convulsio: fluxus alvi viridis, niger, aut cruentus: urina cruenta vel nigra, extremorum perfrigeratio,*

## XL.

*Cum primis ergo vires aegri sunt spectanda. & symptomatum bonorum aut malorum quaedam opinari. Cum enim per se ferre salubres sint Variola, ut potè, quae*

C

crit.

critico quasi natura motu producantur: minus ad-  
huc periculi ab illis imminet, si aeger bene spiret, men-  
te constet, non jactetur corpore, bene dormiat, nec  
laborem sentiat à somno: praesertim, si ab earum  
facili exitu, nullus postea in diata & curatione,  
error admittatur.

XL I.

Plerumq<sup>3</sup> verò, qui è Variolis moriuntur: vel  
angina pereunt, praecclusa à tuberculis via spiritus:  
vel syncope, sive praecipiti virium lapsu, ex spiri-  
tuum, à mala qualitate, vel humore, destructione:  
vel profusio alvi, cum intestinorum saepe exulce-  
ratione.

XL II.

Solent variola & in cute, scedi coloris maculas,  
& foveas, ac cicatrices turpes relinquere: potissi-  
mum in facie, ubi partibus ejus quibusdam cutis se-  
rè carnis est expers, & proinde ulcera, ibi difficul-  
ter coalescunt. Maxime verò infesta sunt oculis,  
in quibus ophthalmiam, caliginem, albuginem, saepe  
& cacitatem planè efficiunt.

XL III.

In internis quoq<sup>3</sup> corporis partibus, plurimo-  
rum malorum autores esse deprehenduntur. In na-  
ribus, imminuti odoratus, & ulcerum saepe diutur-  
norum

norum: in faucibus, raucedinis, impedita respira-  
tionis, angina: in œsophago, difficilis deglutitionis:  
in pulmonibus, dispnœa, peripneumonia, tabis: in  
ventriculo, jecore, intestinis, periculosarum alvi  
fluxionum: in renibus, cruenta mictionis: in arti-  
culis, laxationis tendinum & ligamentorum. Ac  
universaliter, in qualibet corporis parte, gravio-  
rum tumorum & ulcerum, causse esse possunt.

XLIV.

Morbilli, etiam sunt pustula, vel macula po-  
rius, in cute efflorescentes, toto corpore, ex ebulliente  
sanguine tenuiore ac fervidior, menstrui quoq; labe  
infecto, motuq; quasi critico natura, eò depulso ge-  
nita, cum febre conclusa, ut sanguinis massa ita ex-  
purgetur. A vicenna paucis verbis definiens, Va-  
riolas colericas esse dicit.

XLV.

Differunt ergò morbilli à Variolis. 1. mate-  
ria, qua illis humor est subtilior, calidior ac  
siccior, cujusmodi sanguis potissimum biliosus  
esse solet. Magnitudine: que tanta mor-  
billis non est, quanta Variolis. Figura, qua  
morbilli instar morsus pulicum, apparentes,  
vix cutem transeunt, nec in pustulas saniosas

C ij attollun-

atolluntur: sed post septimum ferè diem, sine ex-  
ulceratione, nullo vestigio, nullaq; sceditate in cor-  
pore relicta, plerunq; abeunt.

XLVI.

Præterea signis quibusdam, aut symptomatibus  
differunt. Nam in morbillis, dolor dorsi minor est:  
quòd in his sanguis, qualitate magis peccat, quàm  
copiâ. Angustia pectoris, & fervor totius corporis,  
contrà vehementior: ex humoris, è quo gignuntur,  
natura & qualitate. Et lacrymæ plures, tū quia ma-  
teria est mordacior, tū quia celerius & cum majore  
impetu, movetur. Citius quoq; egrediuntur mor-  
billi, & ad statum perveniunt, ob materia tenuita-  
tem & calorem.

XLVII.

In plerisq; alijs conveniunt, quæ ad causas, si-  
gna & symptomata pertinent: in curatione etiam  
propemodum nihil diversum habent, ut ex sequen-  
tibus patebit.

XLVIII.

Quod ad prognostica: Periculosiores sua na-  
tura sunt morbilli, quàm Variolæ: quia ex san-  
guine fiunt ferventior, qui febrim & alia sympto-  
mata graviora efficit. Et ferè quarto die judican-  
tur: cum Variolæ ad septimum, aut ultrà perdis-  
cantur.

Non

Non tamen ita petunt oculos morbilli, ut Variola: quòd subtilis illorum materia, prius ab oculis repellatur, ac dissolvatur, quàm figi in ijs queat. Nec tam promptè contagione propagantur, cum ad suppurationem non perveniant.

## L.

Univerfè autem falubriores sunt morbilli, rubri, difiuncti, qui citò apparent, & ad quorum exitum aeger allevationem sentit, citiusq; suam maturitatem assequuntur. Contrà, infesti & periculosi sunt virides, violacei, nigri, & qui tardè exeant, aut mox interiora repetunt, vel tardè maturantur, magnamq; pectoris angustiam, & frequentem synopen adjunctam habent.

M. CASPARVS KELHEYMER,  
Torgensis.

## LI.

Ex ijs, quæ hæcenus de natura & causis Variolarum & morbillorum tradita sunt, promptum est, problemata quadam dissolvere: de quibus hoc loco querere, abs re non est alienum. Ac primum nemo ferè hominum est, qui non semel minimum in vita, cum hoc malo conflictetur: quia illam heredi-

C iij tariam

variā quasi sanguinis labem, omnes secum in lucem  
afferunt.

LII.

Nonnullis iterum ac tertio redit, in quibus de  
primo fomite aliquid fuit relictum: sicut vinum,  
non planè defecatum, denuò per fervorem, turbidum  
redditur. Sape & nova materia cumulatæ est, ex  
prava victus ratione, priori ἀνάλογος: aut maligni-  
tas concepta, ex aère.

LIII.

Pueros præcipuè infestat, qui sua origini, & la-  
bi hinc contractæ, sunt propiores: & ex cibis variis  
ac multis, sine ordine sumptis, plures succos pravos  
colligunt, & calore abundant, cutemq; & carnes te-  
neras obtinent, per quas sanguini bullienti, exitus  
facilior patet. Compertum tamen, & sexagenarios  
hoc malo correptos fuisse.

LIV.

Benigniores etiam hi morbi esse solent pueris:  
quoniam in his ob corporis teneritatem ac mollitiem,  
labes illa siue infectio, faciliore negotio à sanguine se-  
paratur. Quod in adultis, quorum habitus solidior  
est, & in quibus ea labes, sanguini tenacius commix-  
ta hæret, sine vi multa fieri nequit. Ideoq; matres  
optare solent, morbos hosce filijs advenire, cum in te-  
nera adhuc sunt ætate.

Qui

## LV.

Qui adultiores primùm his morbis corripiuntur: in jis, fermentum illud sanguinis, aut paucū ab ortu fuit: aut suam quasi naturitatem, prius non acquisivit: aut obrutum & sopitum tamdiu jacuit, benigniori sanguine. Sape & externa causa stimulans defuit. Ac temperamenti præterea diversitatem, plurimum hac in re posse, certum est.

## LVI.

Mulieres ex mensium tantum suppressione, variolis non laborant, quoniam non ab ortu primo collectus est sanguis iste: nec ita penitus immersus, in corporis particulas solidas. Sape vero & crassior est, quam ut per venas cutis exiles, secerri queat: Corruptus ergo, aliis viis expurgatur.

## LVII.

Variola & morbilli, sine febris non fiunt, cum per sanguinis ebullitionem generentur. Interdum, quæ mitior est, ex materia paucitate aut lenitate, ebullitionem manifestam non producente: nulla esse putatur. Nonnunquam Variolis maturescen-  
tibus, supervenit febris alia: vel quia materia tota, primo impetu non fuit expulsa: vel quia pars eius intrò est recepta; quæ febris, & symptomatice rectè appellatur.

Erum.

## LVIII.

Erumpentibus variolis, etiamsi materia sit acris, quod pruritus & alia ostendunt; tamen rigor non accidit, quoniam acrimonia materia, benigniore sanguine nonnihil initio temperatur: nec ita celeriter & confertim humor ad cutem fertur: nec per partes, sensu exquisitiore praeclatas: sed paulatim, & per venas in extimam cutem desinentes, excernitur. Quod si aliquando rigor sequatur, ex corrupta vehementer materia, subito ad viscera retracta: malum signum est, quando praesertim vires aegrum jam deficere coeperunt.

## LIX.

Cum Variolae & morbilli, plerumque in salutem aegri finiantur: aegrum tamen in illorum declinatione, quandoque mori contingit. Vel quia visa sunt declinare, materia intro raptata: vel quia vere etiam declinantibus, aut resolutis Variolis externis, pars materia, sive ex natura imbecillitate; sive ex errore aegri, astantium, Medici, intus relicta, magisque depravata, occupavit viscera, & febrim, aliisque symptomata graviora auxit.

## LX.

A vestigijs Variolarum, maxime deformatur facies: quia incipiente fervore sanguinis, humores



mores ac vapores magna copia eò feruntur, cumq̃  
cutis ea parte, subiectam carnem admodum paucam  
habeat: ulcuscula ibi difficilius solidata, cicatrices  
& foveas turpes relinquere solent. Potissimum etiã  
Variola pedes & manus occupant: quoniam natura,  
quod noxium est, ad remotissima extrudit: & partes  
hæ, ob motum frequentem, magis calent, venisq̃ &  
arterijs abundant.

LXI.

A rubro vino, quo exitus primus Variola-  
rum promoveri vulgò putatur, abstinendum: &  
quia febrim auget: & quia si austerius sit, astringen-  
do motum materia inhibet. Involvere agrum pan-  
nis rubris, qui cutem tamen non contingant, juvare  
creditur: quòd ad frequentem illorum conspectum,  
sanguis ad summam cutem se liberalius proferat.

LXII.

Cum Medici munus sit, non solum presentes  
morbos, arte tollere: sed adversus futuros quoq̃ di-  
ligenter præmunire corpora: de περὸ φουλακῆ etiam hîc  
agendum est.

LXIII.

Quamquam autem Variola & morbilli, ex eo  
morborum genere sunt, quod ex necessitate natura,  
à primo ortu, omnibus in esse, & vix ab ullo evitari  
posse, videtur: quia tamen à natura prius non ge-

D

neran-

generantur, quam impellentes alia causa accedant: praecavere id malum aliquo modo licet, amputatis his, qua naturam ad motum illum exuscitare poterant.

LXIV.

Locum habet περὸφουλακῆν, quando malo hoc, communiter in multos sevientem, arcendi ab eo sunt, quibus magis metuitur. Et longè quidem antè adhibendum est hoc praesidium, quam suspiciosus sit, hominem à morbo occupatum esse. Vbi enim vel jam apprehendit morbus, vel proximè imminet: abstinendum est, ne motus naturæ intervertatur.

LXV.

Ceterum causas impellentes praecipuae, sunt externae: quae etsi ita necessariae sunt, ut carere ijs nequeamus: tamen aliquo modo in arbitrio nostro sunt posita, ut mutare liceat, si libeat: cuiusmodi sunt, aër, cibus & potus, exercitatio corporis, & huius generis reliqua.

LXVI.

Itaque aër pravus corrigendus est, aut fuga alius querendus, ne contagio noceat. Vitanda statio sub sole: vehementior corporis exercitatio: Cibi & potus omnes fervidi, & cacochymi: atque in his, fructus quoque ὠρῶν, qui facile in corpore putrescunt, & cetera, quae ad justum rerum non naturalium, ut appellantur, modum pertinent. Quod

## LXVII.

Quòd si ab internis etiam causis, aliquid im-  
mineat: id venæ sectione, pharmacia, alijsq; oportu-  
nis præsiidijs tollendum est, ut corpora hac ratione  
attenuentur. Nam utrumq; in Epidemijs morbis,  
fieri vult Hippocrates: ut & loca infecta permu-  
tentur: & corporum moles, victus ratione, atq; ope  
medica, tenuior reddatur.

## LXVIII.

Curatio tota consistit in rerum externarum,  
aeris præcipuè legitimo usu: in materie morbi di-  
minutione, & expulsionem: in membrorum interio-  
rum atq; exteriorum, defensione: in correctione eo-  
rum, qua accidunt, aut relinqui à morbo solent.  
Qua omnia diætetis, pharmaceuticis & chirurgicis  
præsiidijs efficiuntur, & suo quaq; tempore ac ordi-  
ne, adhiberi vel administrari debent.

## LXIX.

Primum ergò omni cura ac studio, ager ab aere  
frigido prohibeatur, præsertim hyeme: ne poris cu-  
tis oclusis, motus natura impediatur, materia, qua  
expelli debebat, intus retentâ: atq; eo, quod expulsam  
jam est, intrò converso, ad partes principes: unde  
anxietas, febris, & alia symptomata, cum maximo  
vita discrimine, in agro augentur.

## LXX.

D ij Non

Non tamen nimio astu torquendus est ager, ne calor naturalis, fuliginum feruentissimarum copia stranguletur: vel deficientibus viribus materia subsistat. Quod si syncope imminere videatur: nonnihil retegere licet: aut odore, vel vapore rerum frigidarum oblato, spiritus collapsos reficere. At sensim pedetentimq; ea mutatio facienda est: cum repentinus omnis de extremo ad extremum, sine medio transitus, natura sit perniciosus.

LXXI.

Victus ratio, à morbo, & à viribus aegri indicatur. Cum enim hi morbi, ex numero sint acutorum, qui ad statum aut vigorem, citò properant: tenuis victus jis imperandus est, primo praesertim tempore, quando natura, cum noxia materia, conflictus ingravescit.

LXXII.

Non enim absq; ratione, duo horum morborum tempora constituuntur, dierum numero distincta. Vnum ebullitionis sanguinis, quod à primo die, in quartum porrigitur. Alterum exitus, maturatio- nis & exsiccationis, pustularum, quod à quarto iniens, in morbillis die pierunq; septimo: in Variolis, 14. finitur: etsi in his exsiccatio, ob cruditatem & crassitiem materia, nonnunquam 20. diem attingit.

Qua-

## LXXIII.

Quapropter primis diebus ab ovis, jure car-  
nium, & carnibus ipsis, agri abstinere jubentur:  
cum sequenti tempore exitus horum exanthematum,  
sua sponte, ob appetitum prostratum, cibos omnes a-  
ver sentur, & ad assumendos, qui convenient, pro-  
pmodum sint cogendi.

## LXXIII.

At victus tamen ita attenuetur, ut vires usque  
ad statum sive impulsu morbi sufficiant, ne in statu po-  
stea plenius nutrire sit necesse: quo ipso, natura ab  
opere suo, non sine periculo, avocaretur. Et pueris  
in primis aliquid hac in parte concedendum est, quo-  
rum corpora per se indigent sunt, & ob copiam in-  
nati caloris, in ediam non facile tolerant.

## LXXV.

Habeant autem cibi facultatem moderatè re-  
frigerandi, & astringendi, ut & fervorem sangui-  
nis temperent, maxime inter initia: & partes in-  
ternas, ab injuria tueantur. Vitentur acres, salsi,  
pingues, dulces omnes: qui aestum corporis, quasi  
oleum igni additum, auferent & foverent.

## LXXVI.

Potus etiam, plenus non sit. Et vinum, ante-  
quam haec exanthemata erumpant, planè dimittatur,  
D iij tur,

tur, praesertim dulce. Ejus loco, aquam hordei offerunt, in qua lamina aurea aliquoties sit extincta: addito nonnunquam succo citri, limonum, granatorum, ribium, aut simili. Post exitum, quando febris, & cetera symptomata remiserunt: aliquid vini oligophori concedi potest, exigua quantitate, ijs maxime, qui sunt assueti.

LXXVII.

Materia ipsa morbi, imminutione sui postulat: qua phlebotomia & pharmacia efficitur. De phlebotomia indicium facit plethora sive abundantia sanguinis, atq; ejus quidem, intus in corpore ebullientis.

LXXVIII.

Quare si aetas ac cetera permiserint, initio mox vena secetur, ante diem quartum, aut sane priusquam variola erumpant: dum vires adhuc constant, & sanguis, tanta copia ad ambitum corporis non fluxit: ut parte oneris levata natura, quod reliquum est, facilius domare ac superare queat.

LXXIX.

Postquam Variola aut morbilli, quarto circiter die apparuerunt, a phlebotomia abstinendum est: eoq; magis, si ager melius habere incipiat: ne expulsa ad eam materia, praesertim corrupta, intro ad partes principes retrahatur: aut mixtus cum pravo, sanguis bonus educatur. Quod si vero magna sit, plethora &

thorae. Et materia in intimis ac erba dominatio: etiam à quarto die, vena sectio conceditur: cum ad id, quod magis urget, incumbere tum ratio jubeat: modo virtus imbecillis non prohibeat.

LXXX.

Veteres pueris quoque, ante septimum annum, sanguinem secta vena detrahebant. Atque sunt, qui hodie idem praecipiant: si sanguine puer abundet, et corpulentus sit ac robustus, et regio atque anni tempus consentiant. Nos, si quid in pueris tentandum sit, tutius id fieri arbitramur, cucurbitulis vel hirudinibus: quae praesidia Rhases etiam lactentibus, qui quintum mensem excesserunt, adhibet. Quamquam et in his, quid ratio, regio et consuetudo ferat, prudenter dispiciendum est.

LXXXI.

Aperiatur vena primum basilica vel communis, in brachio dextro. Post, si caput plenum sit, aut metus sit à delirio: vena frontis, vel imi nasi. Aut cucurbita, vel hirudines apponantur, partibus praesertim corporis inferioribus.

LXXXII.

Sanguis, ea mensura dematur, quae plethorae magnitudini videatur sufficere: id quod in prudentis medici aestimatione, est positum: habito imprimis ad naturam et vires aegri respectu, in morbo per se gravi ac infido.

GEOR.

GEORGIUS HERBERTVS,

Livonius.

LXXXIII.

*caput* *caput* *caput*, *cacoehymia* desiderat. Quare inter initia, si alvus sit astrictior: leni pharmaco, aut clystere, aut glande, aperiatur, ut quod in primis vis heret, expurgetur. Cum enim natura motus plerumq<sup>ue</sup> expellentibus sit adjuvandus: impedimenta auferri oportet, quae vim illorum tardare, aut retundere possent.

LXXXIV.

Ejusmodi lenia & benigna pharmaca sunt: jujuba, pruna praesertim acetosa, tamarindi, manna, cassia (quam siliquam Aegyptiam esse volunt) syrupus ex multiplici rosarum infusione, & similia: quae, praeterquam quod alvum molliunt partim refrigerando, serorem sanguinis mitiorem reddunt: partim moderate astringendo, interna roborant, viresq<sup>ue</sup> tuentur. Possunt haec, tum inter sese, tum cum convenientibus aliis, prout res postulat, commisceri. Avicenna illorum nonnulla, cum cibariis exhibet.

LXXXV.

Fortiora omnia, toto morbi decursu vitentur: ne eorum veherentia, aut conatus natura reprimatur: aut exitialis fluxus alvi concitetur: à quo o-

mmi tem-



nni tempore, summo studio cavendum est. Vbi igitur inclinante quoque malo, aut non longe post, superesse aliquid pravi in ventre videtur: id et ipsum benigne subducatur. Alioquin abstinendum, si tranquilla omnia in agro appareant.

LXXXVI.

Lactentium curatio tota, quod ad interna remedia attinet, in nutricum dieta et medicatione, posita est. Nam in lacte, facultates ciborum et medicamentorum, praesertim purgantium, tot etiam mutationibus praecedentibus, conservantur.

LXXXVII.

Porro considerandum est, utrum natura satis fortiter materiam ad cutem expellat: an segnius suo fungatur munere. Si per se ad expellendum sufficit: ijs, quae vehementius aperiendo eam adjuvent, minime opus est, ne calefacientium intempestivo usu, febris augeatur.

LXXXVIII.

Si segnius natura operatur, quod ex tarda variolarum et morbillorum eruptione, et paucissimo numero colligitur: iuvanda est ijs, quae et materiam paulo magis fundendo, et meatus aperiendo, expulsionem faciliorem reddant.

E Misc-

Misceantur autem cum aperientibus, refrigerantia, ea analogia, ut ab his, illa aliquantulum superentur: præsertim inter initia, quando metus est, ne ex fervore sanguinis, interiora afficiantur. Alias plus ponderis habeant, quæ aperiunt. Semper verò aliquid adjiciatur de astringentibus, quæ ad munienda quoque interna non parum momenti afferunt. Neque omittenda sunt, quæ malignitati adversantur, si de hac etiam sit suspicio, ut pestilenti temporis constitutione.

## XC.

Aperiunt: Radix, & semen fœniculi: radix pimpinellæ, dictamni albi: folia capillorum Veneris: lacca Arabum, ficus sicca, passula enucleata, jus cicerum rubrorum. Refrigerant: endivia, cichorium, acetosa, lactuca, nymphaea, plantago, portulaca, hordeum, succus mali citrij & limonum, pruna acida, trochisci de camphora. Astringunt & refrigerant simul: omphacium simplex, succus mali granati acidi, dactylorum & mororum immaturorum, rhus obsoniorum, succus inspissatus ribium, syrupus de agresta, trochisci de spodio. Adduntur aperientibus lentes excorticatæ, quæ peculiari

culiari vi quadā sicuti & ficus expulsionē humorum  
ad cutem promovent. Atq; haec omnia, vario mo-  
do & mensura inter se miscentur, pro morbi natu-  
ra & temporibus.

XCI.

Quamprimum Variola & morbilli se forās  
dant, de muniendis adversus horum injurias mem-  
bris cum externis, tum internis, cogitatio suscipien-  
da est. Et quae ad internorum defensionem perti-  
nent: pleraq; ea sunt, quae haecenus de curatione  
exposuimus. Univerſa enim illa, eō spectant, ut  
praesidijs hisce, humores ab internis ad exteriora re-  
vellantur.

XCII.

Avicenna peculiariter in internis, pulmonis,  
& intestinorum rationem habet, ne exulceratio ijs  
accidat. Pulmoni conducunt: lohoch de lentibus,  
de tussilagine, de papavere, syrupus jujubinus, de  
succo violarum, diatragacanthum frigidum. Intesti-  
na roborant, ab initio: syrupus & mira cydonio-  
rum, syrupus myrtinus, lentes bis cocta cum aqua  
plantaginis, potus in quo chalybs ignitus aliquoties  
sit extinctus. Quando autem in fine agritudinis,  
fluxus ventris accesserit: si ex Variolis ille existat,

E ij intestina

intestina occupantibus: medetur clysteres, ex astringentibus infusi: vel per os exhibiti trochisci de spodio, rob de ribes, cum semine acetosa, & quae huius generis sunt alia. Sin ex relicta ibi sit materia, acri et maligna, coercendus non est: sed leniter iuvandus, cum rhabarbaro, myrobalanis, & similibus: additis, quae humoris acrimoniam obtundant, alijsq<sup>3</sup>, quae ad dysenteriam prohibendam, usurpari solent.

XCLII.

Externa, quibus defensio potissimum debetur, sunt: Oculi, os & fauces, aures, & superiora narium: quae visu, omnia explorare licet. Ab oculis, impetum humorum repellant: aqua rosarum vel plantaginis, in qua rhus obsoniorum maceratum sit: vel aqua pura, in qua aurum sit extinctum. Si dolor urgeat, prodest lac chalybeatum, mixtum cum aqua rosarum, addito momento myrrha, si pruritus simul sit molestus. Quod si ichorum tenacitate, oculi claudantur, ut in variolis fieri solet: lacte tepente, leniter applicato, aperiuntur.

XCLIII.

Ori & faucibus quoq<sup>3</sup> prospiciendum est: cum impedita respiratione & deglutitione, parum spei sit reliquum.

reliquum. Parentur ergo collutiones & gargarisimi,  
ex refrigerantibus & astringentibus, modiceq; ex-  
tergentibus, qualia sunt: succus granatorum, dia-  
moron, rob nucum, decoctum & aqua plantaginis,  
prunella, cum melle rosato colato. Pueris, qui gar-  
garizare nequeunt, fauces & palatum sepius cum  
liniteolo, circa bacillum involuto, liniantur, ex rob  
sive succo medicato nucum, mororum, vino grana-  
torum, & similibus.

XCIV.

Aures, si fluant: curandum est, ut aperta ma-  
neant. Si dolore affligantur; spongiam in aqua  
tepente, cum oleo rosato mixta, immersam, ijs per in-  
tervalla applicare convenit.

XCVI.

Nonnunquam nares à pustulis, ita obturan-  
tur, ut negato per has spiritu, os & fauces impense  
desiccantur. Quod ut caveatur jubentur agri attra-  
here poscam, aut vaporem excipere, ex decocto ro-  
sarum, plantaginis, myrti, omphacij.

XCVII.

Quae cruda diu ac dura manent Variola: ea-  
rum maturationem quidam ex Rhasse adjuvant,  
E iij vapore

vapore aqua, in qua chamemalum sit coctum: aut fo-  
tu, ex decocto, malva & ficum. Quod tamen cau-  
te est agendum: cum post ejusmodi fomenta humi-  
da, egri ab occurſu aeris frigidiusculi, ita accurrate  
prohiberi vix poſſint.

XCVIII.

Solent variola, dum maturantur, pruritu ma-  
gis moleſtae eſſe. Materia enim, quae in ſaniem con-  
vertitur, paulatim acrior reddita, dum ſub cute  
diſſipari mox nequit: triſtem eam ſenſus perceptio-  
nem efficit. Cavendum ergo, eo in primis tempore,  
ne manibus ab egro contractentur puſtulae, aut ſcal-  
pantur: unde foeda cicatrices relinquuntur. Com-  
pertum eſt, juvare, ſi ramulo abſinthij vel abrota-  
ni, ſapius ac leniter percutiantur: deterſis ita  
meatibus, materiaq; ad reſolutionem preparata.

XCIX.

Postquam variola ſatis maturata ſunt, id  
quod poſt ſeptimum diem, ex earum ad albedi-  
nem declinatione, ex mollitie, & doloris remiſſione,  
apparet: Arabes eas perforare jubent, niſi ſponte  
ſua aperiantur: ne ſanies diutius coercita, vel re-  
tro cedat, vel acrior facta, cutem profundius exedat.

Aperi-

Aperiantur autem magna, aut qua plures in uno quasi ventre continentur: saniesq; molliter abstergatur. Compungantur singula locis duobus aut tribus, ne pustula mox occludantur: acu aurea, ut Arabes precipiunt. Veteres, et magnopere commendant, ad ulcera. Forceps autem damnatur: quia pelle ablata, ulcuscula nuda aëri exponit, & crustas tenaces relinquit, qua sine dolore avelli à cute non possunt.

## CI.

Ad variolas apertas, ut sensim exsiccentur, Arabes aquam salis, cum paucocroco adhibent: aut decoctum, vel suffitum etiam ex tamarisco, myrto, rosis, santalis: aut si res citius expedienda sit, recumbere jubent, super farinis oryzae, milij, fabarum, hordei. Commodius asperguntur variola farinis, cum pulvere thuris, mastiches, myrrha mixtis.

## CII.

Non autem ante completam maturationem, fiat exsiccatio, ne pustulis clausis, ulcuscula deteriora gignantur: aut dolor, salis aspersione excitetur. Qui etiam cavebitur, si minores solum: non maiores, aut qua recens rupta sunt, saliantur.

Verum

## CIII.

Verum hic etiam sapè prestat, præsertim ubi sanies in variolis alba & bene cocta apparet, negotium totum natura permittere: ne exhausta bona sanie, novi ichores acres attrahantur. Nam experientia cognitum est, quibus sponte sua variola, tum aperta sunt, tum exsiccata: eos facilius, nulla etiam vestigiorum deformitate relicta, ab ijsdem fuisse sanatos.

## CIIII.

Ut exsiccatis probè variolis, crustæ citius decidant: oleo, vel unguento rosato, ab Arabibus inunguntur. Antequam verò arecant, oleum applicare non convenit: quoniam sordes congestas, ulcusculis affigeret. Quod si verò ulcera diutius relinquantur, ad consolidanda ea, utilia sunt: unguentum album camphoratum, de cerussa, de lithargyro.

## CV.

Sæpenumerò usu venit, ut à sanatis variolis, vestigia in cute relinquantur, quæ sunt: fædus color, foveæ, & cicatrices turpes, cum in toto corpore, tum in facie cumprimis, ubi deformitas illa magis apparet. Delentur hæc, ijs, quæ detergant, carnem replent



replent, & cutem emolliunt ac complanant: adhibita simul, proba & conveniente victus ratione,

CVI.

Color fœdus tollitur frequenti ablutione, qua fit, decocto lupinorum, fabarum, hordei, radicum arundinis ustarum: succo limonum, sapone cum nistro, & similibus. Ad foveas explendas, laudatur pinguedo humana. Plus juvat, si frictiones molles primum fiant, secundum omnes musculorum fibras. Deinde perfusio ex aqua, vel hydreleo tepente. Post inunctio cum oleo costino, vulpino, irino, ut sanguis ita ad cutem trahatur. Nam in *induratis*, hic minus convenit. Cibi toto eo tempore offerantur, bonum & copiosum sanguinem generantes. Cicatricum deniq; duricie ac deformitati, medentur: oleum liliorum alborum, de vitellis eorum, unguentum citrinum: etsi hæc longo etiam vix tempore juvant. Fit & quandoq; ut pili cadant, corrosa eorum radice: quod malum, suis etiam remedijs propulsatur.

CVII.

Quod deniq; ad res non naturales reliquas attinet, & somnus sit moderatus, ne diutius retentio intus calore, astus ingravescat, caputq; vaporibus

F            magis

magis repleatur: & moderata sint vigilia, ne ni-  
mium resolutis spiritibus, virtus deficiat. Aeger,  
corpore quiescat: ne calor dissipetur, qui in expul-  
sionem materia incumbit. Incipientibus tamen Va-  
riolis, lenes brachiorum & crurum frictiones, non  
improbantur: quibus humoris noxij attractio ju-  
vatur. Alvus nisi quotidie officium faciat, lenissimo  
clystere aut glande stimuletur. Fugienda vehemen-  
tes animi perturbationes omnes, ira praesertim, ac  
timor: quorum hic, sanguinem praezum, ad in-  
teriora retractum, circa cor detinet: illa,  
astu majore eundem turbat & in-  
flamat.

F I N I S.

e ni  
ger,  
bul.  
Va.  
non  
to ju-  
fimo  
emen-  
n, ac  
in-





